

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 4: De aliis virtutibus Caput 26: De honestate vite (2)

Idem (Bernardus):

Verecundia est soror continentie,  
inditum columbine simplicitatis,  
testis innocentie.  
Et lampas pudice mentis iugiter lucens,  
ut nil in ea turpe vel indecorum residere attemptet,  
quod non illa illico prodat,  
expugnatrix malorum et propugnatrix puritatis.

Soror continentiae est.  
Nullum aequa manifestum indicium columbinae simplicitatis,  
et ideo etiam testis innocentiae.  
Lampas est pudicae mentis iugiter lucens,  
ut nil in ea turpe vel indecorum residere attentet,  
quod non illa illico prodat.  
Ita expunctrix malorum et propugnatrix puritatis innatae,  
specialis gloria conscientiae est, famae custos, vitae decus,  
virtutis sedes, virtutum primitiae, naturae laus et insigne toius honesti.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 86.1  
(SBO 2, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.317, ll.19-24).